

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Gottlieb Christophori Harles Anthologia Graeca Poetica

Harless, Adolf Gottlieb Christoph

Baruthi, MDCCXCII.

VD18 13527622

Carmen I.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18225

EX TYRTAEO *).

CARMEN I.

*) Tyrtaeus, Atheniensis, floruit anno 4to Olymp. XXIII. poeta fuit egregius; pede vero claudus, quem, bello secundo inter Messenios et Spartanos gesto, Athenienses Lacedaemoniis, ducem belli ab Atheniensibus petere, oraculo Delphis consulto, iussis, in contemtum misere. Iustin. III. 5. 4. Tyrtaeus vero compositis carminibus, quae pro concione recitaret, in quibushortamenta virtutis, damnorum solatia, belli consilia conscripserat, militibus paene fractis tantum ardorem intiecit, ut non de salute, sed de sepultura solliciti, proelium committerent, in eoque discederent superiores. Hac re praeclare gesta, Tyrtaeus ius ciuitatis, praemium, reportauit. Reliqua, quae ad Tyrtaei vitam pertineant, vide in Klotzii dissertatione erudita, de Tyrtaco, subiuncta locupletissimae editioni, inscriptae: *Tyrtaei, quae supersunt, omnia, collegit, commentario illustrauit, edidit Christianus Adolphus Klotzius. Altenb. 1767. 8.* Atque, quum Klotzius, integerrimus olim amicus, nihil paene omisisset ad vocabula etiam singula, quae paullulum obscuriora essent, docte pulcreque, interdum vero iusto copiosius illustranda, ex commentario illius pauca tantummodo delibauimus, quae commode eorum, quibus noster hic labor dicatus est, inseruire viderentur. In superiore editione plura iam contuleramus exemplaria. In praesenti sequuti sumus Brunck, qui primum inter Analecta veterum poetarum graecorum, tom. I. Argentor. 1772. 8. pag. 48. sqq. deinde inter Gnomicos poetas Graecos, ibid. 1784. pag. 59. sqq. recepit Tyrtaei reliquias. Separatim edita sunt Tyrtaei et Calini carmina, a I. G. Brieger, Zittau et Lipsiae 1790. 8. De prioris carminis elegantia vide, quae dicit Robert. Lowth in libro de sacra poesi Hebraeorum pag. 20. exempli Gottingens. Theoticam interpretationem carminum Tyrtaei, quam elegantissimus Weissus vol. II. Lyrico-

Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πε- 1
σόντα

"Ανδρ' ἀγαθὸν, περὶ ᾧ πατρίδι μαρναμένον.
Τὴν δ' αὐτοῦ πρόλιπόντα πόλιν καὶ πύονας 5
ἀγροὺς

Πτωχέυειν, πάντων ἐς' ἀνιηρότατον,
Πλαζόμενον σὺν μητρὶ Φίλῃ καὶ πατρὶ γέροντι 5

Ἡασι τε σὺν μικροῖς κουριδίῃ τ' ἀλόχῳ.
Ἐχθρὸς γὰρ δὴ τοῖσι μετέσσετα, οὓς κεν ἴκηται,
Χρησ-

rum suorum carminum (*kleine Lyrische Gedichte*) p. 127-
sqq. inseruit, et Klotzius suae adiecit Tyrtaei editioni,
cum graecis componere verbis, multum iuuabit, quam-
quam paullo liberius verba Graeci poetae interdum ex-
presserit vir doctissimus.

v. 1. γὰρ, elegantissime in principio orationis paullo
vehementioris et concitatoris poni, obseruat *Krebsius*
in Obsl. in N. T. c. Iosepho pag. 71 et 238. et multa
exempla e Iosepho profert. vide etiam *Homerum* Il. α',
122. *Hoogen.* ad *Viger.* de idiotism. VIII. 5. pag. 454.
eundem de particul. graecae Linguae pag. 190. 3.

καλὸν — πεσόντα. conf. *Hom.* Il. ο' 496. ibique *Clark.*
eund. ad *Hom.* Il. μ. 243. *Horat.* III. 2, 13. *Virg.* Aen.
II. 317.

v. 2. ἀγαθὸν v. ind. opponitur τῷ, κακὸς, de milite
timido. *Xenoph.* mem. Socr. III. 1. 9. qui est locus classi-
cus. *Horat.* I. 15, 28. *Tydidēs melior*, h. e. fortior,
patre.

περὶ ᾧ π. v. *Hom.* Odyss. β, 245. et ε' 471. ibiq. *Clark.*

v. 4. Πτωχέυειν: quomodo πτωχεῖα et πένια differant,
doceat *Aristoph.* Plut. 549. pag. 163. et *Ammon.* in πένιῃς.
vide etiam ind. *Klotzius* multa collegit exempla Tyrtaei
sententiae similia, *Hom.* Od. ε' 342. Ad *Oppian.* Ha-
lieut. I. 277. *Conr. Rittershusius* plura contulit.

v. 6. Κούρ. ἄλ. vide indicem.

v. 7. Ego rescripsi *Melanchthon.* emendationem Ἐ. γὰρ δὴ.
Primo γὰρ δὴ eleganter augeat vim sensus, et verterem uti-

Χρημοσύνη τ' εἰκὼν καὶ συγερῇ πενίη·
 Ἀισχύνει τε γένος, κατὰ δ' ἀγλαὸν εἶδος
 ἐλέγχει,

10 Πᾶσα δ' ἀτιμία καὶ κακότης ἔπεται.

Ἐἴθ' ἔτῳς ἀνδρὸς τοι ἀλωμένου οὐδεμὶ ὦρη
 Γίγνε.

que. vid. vers. 21. et Hoogeveen ad Viger. pag. 451. deinde δὲ, quod vulgo omittitur, a prima syllaba sequentis voculae τοῖς, propter adfinitatem soni facile potuit absorberi. — ἔχθιστος γὰρ τοῖσι Taylor coniecit, et reliqui receperunt. confer Homer. Iliad. XXIII. 533. sqq.

κεν] vide ad Callim. H. in Cerer. 27. et Hoogeveen de partic. pag. 77. n. 2. hoc loco construitur cum aor. 2. coniunctiui, et reddi potest ad quoscunque veniret, vel venerit, ab ἐκνέωμαι, venio.

v. 8. εἰκὼν, cedens, victus. compara Hom. Il. v', 224. Od. ζ, 158. praecipue Theognid. v. 177. etc. v. 388. v. 649. sqq.

v. 9. Ἀισχύνει, v. Bergler. ad Aristoph. Aves. 1451. τὸ γένος ἔκκαταισχυνῶ, Familiae meae nolo esse dedecori.

v. 10. Ἀτιμία. Ita legendum censet Klotzius pro vulgari lectione, ἀθυμία, quam etiam dedit Vrsin. et defendit censor editionis Tyrtaei in Berolin. Bibliotheca vol. XII. part. I. Sermo enim esse videbatur Klotzio de turpitudine et ignominia, quae perferenda sit homini ignavo timidoque, non de desperatione animi. Atque legibus, iis, qui stationem relinquerent turpiterque aufererent, ἀτιμία fuit constituta. vide Harpocration s. v. ἀτιμος; Taylor. ad Demosthen. tom. II. p. 310. Herodot. libr. VII. 229. et Valkenar. ad illum pag. 614. etc. adde Perizonii Anim. histor. pag. 245. Petitum in comment. ad LL. Atticas pag. 469, 470. edit. Wesselingii. Cel. Heyne in Ephem. lit. Gotting. plag. 95. a. 1784. vbi de Brunckii edit. Gnomiorum iudicat, melius legendum senset π. δ' ἀτιμί' οἱ (h. e. ἀντιμῶ) καὶ π. ε.

κακότης. labor, dolor, omnis generis mala. de hoc vocab. vid. Rittershus. ad Oppian. p. 212.

v. 11. ὦρη, v. indicem. — de partic. τοι vide ad Pythag. 24. Hominem sic errantem nemo prorsus curat.

Τίγνεται, ὄντ' αἰδῶς εἰσοπίσω τελέθει.
 Οὐμῶ γῆς περὶ τῆσδε μαχώμεθα, καὶ περὶ
 παίδων

Θνήσκωμεν, ψυχέων μηκέτι φειδόμενοι.
 Ὡς νέοι, ἀλλὰ μάχεσθε παρ' αἰδῆλοισι μένοντες, 15

Μηδὲ Φυγῆς αἰσχρᾶς ἄρχετε, μηδὲ φόβος.
 Ἀλλὰ μέγαν ποιεῖτε καὶ ἄλκιμον ἐν Φρεσὶ
 θυμὸν,

Μηδὲ φιλοψυχεῖτ' ἀνδράσι μαρνάμενοι,
 Τὸς δὲ παλαιότερος, ὧν ἐκέτι γένατ' ἐλαφρὰ,
 Μὴ

v. 13. Οὐμῶ, supple σύν· eum animo, h. e. fortiter, alacriter.

v. 14. ψυχέων] Quae habebant Graeci omnium carissima, vitam adeoque animam, vocabant ψυχὴν, vti bene observavit Valkenar. ad Theocrit. Adonias. v. 36. pag. 342. adde indicem.

v. 15. ἀλλὰ, aedum. Sic Tyrtaeus II. 1. confer Hoogen. de partic. pag. 8. Viger. et Hoogen. de Idiotism. gr. dict. p. 439. vide indicem.

v. 17. ε. φ. θυμ. Graecorum poetarum propria dicendi formula, quae apud Homerum, qui quidem pro ποιῶν adhibet τίδημι aut ἐντίδημι, saepe occurrit. De ποιῶν - θυμὸν vid. Valken. ad Herodot. III. p. 206.

v. 19. τ. παλαιοι. intellige κατὰ τὰς παλ. verte, quod autem ad senes adtinet. Sic infra Bion. I. 90. v. Klotz. et Doruill. ad Charit. p. 642. vbi bene multos auctores in suas vocat partes, et p. 669. Wesseling. ad Herodot. C. VIII. pag. 691. Pari modo Genitius absolutus ponitur. Xenoph. M. S. I. 3. 8. ἀφροδισίων, scil. περὶ, quod ad res Venereas adtinet. Ὑμῶν ἕνεκα, ad vos quod adtinet, Phalar. epist. ed. Lennep. pag. 62. v. 7. vide Valcken. praemissas adnotationes pag. XIII. Koeppen tamen in sua Anthologia etc. anacoluthon arbitrans vertit: Die Alten, deren Kniee nicht mehr so leicht sind — o verlasset diese Greise nicht!



20 Μὴ καταλείποντες Φεύγετε τὰς γεραίους.
 Ἄισχρὸν γὰρ δὴ τῷτο, μετὰ προμάχοισι πα-
 σόντα

Κεῖσθαι πρόσθε νέων ἄνδρα παλαιότερον,
 Ἦδη λευκὸν ἔχοντα κάρη, πολὺν τε γένειον,
 Θυμὸν ἀποπνεύοντ' ἄλκιμον ἐν κονίῃ,
 25 Ἀιματοέντ' αἰδοῖα φίλαις ἐν χερσὶν ἔχοντα,
 (Ἄισχρὰ τὰ γ' ὀφθαλμοῖς καὶ νεμεσητὸν
 ἰδεῖν)

Καὶ χροῖα γυμνωθέντα· νέοισι δὲ πάντ' ἐπέει-
 κεν·

Ὀφθ

v. 22. κῆσθαι. De interfecto et extento crebro vsur-
 patur: pariter vsurpant Latini verbum iacere. Vide
Heusing. ad Aesop. fab. 72. p. 60. et ad *Vechner.* Helle-
 nolex. pag. 488. *Klotz.* ad Tyrt. pag. 52. et *Stauer.* ad
Cornel. Nepot. VIII. 2. n. 6.

v. 23. conf. *Hom.* Il. ὦ. 516. *Ouid.* Metam. VIII. 528.

v. 25. Poeta summum pudoris verecundiaeque stu-
 dium in ipsa morte eleganter indicare videtur: *cruento*
pudenda suis manibus tegens. *Ouid.* Metam. XIII. 479.
 Pari modo Caesar vulneratus in curia apud *Suet.* vita
 Caes. c. 82. sinistra manu sinum ad ima crura deduxit,
 quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte
 velata.

v. 26. De νεμεσ. vid. indicem.

v. 27. γυμνωθ. S. Turpe erit, senem iacere spoliatum
 armis. His enim priuari cum apud alias gentes (v.
Freinshem. ad Curt. IV. 12.) tum apud Lacedaemonios
 turpissimum iudicabatur. confer *Perizon.* Animadu. hi-
 stor. p. 245. de γυμνωθ. v. indic.

νέοισι. totus locus hic subobscurus expressus est ex *Hom.*
 Il. X, 71. et eius sensus hic est, iudice *Klotzio*: in iuue-
 nibus, donec florem aetatis habent, (in Graeco est mu-

"Οφρ' ἄρα τῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχει,
 Ἀνδράσι μὲν θνητὸς ἰδεῖν, ἐρατὸς δὲ γυναιξὶ
 Ζωὸς ἑὼν, καλὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσὼν, 30
 Ἀλλὰ τις εὖ διαβαῖς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι
 Στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὁδῶσι δακῶν.

C 2

CAR-

tatio numeri, vt saepe, ita vt vel genus mutetur et ἀπὸ
 τῆ κοινῆ nomen quoddam repetatur; c. g. *Xenoph. mem.*
 I. 11. pag. 43. τὸ θῆον — αὐτὸς; vbi vide cl. Ernesti,) omnia commodè conspici ab aliis possunt: iuuenis et
 viuens viris mulieribusque amabilis visu, et in prima
 acie cadens pulcer est.

v. 28. ὄφρα, *quamdiu*. v. *Hoogen. de partic.* II. p. 1026.
 De ἄρα vide ad *Callim. H. in Cerer.* 113. — ἥβης ἄνθος.
 Poetae vtriusque linguae et omnium gentium elegantio-
 rum a floribus, hortis, plantis etc. sumpta frequenter
 transtulerunt ad iuuentutis tempora indicanda compa-
 rantque lubenter cum floribus primam vitae aetatem.
Hom. Il. v', 484. etc. ac *Rittershusius* ad *Oppian* pag.
 136. bene monuit, exemplisque illustravit, quod opti-
 mum purissimumque fuerit in quaque re, id *florem rei* ad-
 pellasse veteres. adde *Warton.* ad *Theocr.* XIII. 27.
 Hinc apud *Aeschyl.* *Prom.* 23. *χρῶσ' ἄνθος.* Infra *Pindar.*
Ol. I. 23. conf. *Heinsius* ad *Sil. Ital.* III. 84.

v. 31. Ἀλλὰ τις. *vos vero, agedum quisque* v. ind. sub
 v. *tis* et *διαβαίνω* et ad v. 15. Vltimos duo versus, in
 carmine iterum obuios, hic omisit Brunk.

v. 32. *στηριχθεὶς*] *στηρίζω* proprie dicitur de corpore
 debili et infirmo, quod innititur baculo, vt et de cor-
 pore, quod cibo et potu sustentatur et firmatur. vide
Lamb. Bosii Exercitt. in *N. T.* ad *Roman.* I. 11. Pro-
 tenso itaque altero pede, qui terrae, tamquam baculo,
 infixus firmiter stet, gradum quilibet vestrum componat
 ad pugnandum atque excipiendum hostem, tanto ardore
 et animo, vt prae cupidine dimicandi et vincendi denti-
 bus infrendens labia mordeat. Nam in verbis *χ. ὁδῶσι δακ.*
 pulcrā picturam incensī militis, qui labia mordeat,
 siue, vt minus sentiat dolores e vulneribus percipien-

CARMEN II.

- 1 Ἄλλ' Ἡρακλῆος γὰρ ἀνικῆτος γένος ἐσέ,
 Θαρσεῖτ, ὕπω Ζεὺς ἀνχένα λοξὸν ἔχει.
 Μὴδ' ἀνδρῶν πληθὺν δειμαίνετε, μηδὲ φο-
 βεῖσθε,
 Ἴθὺς δ' ἐς προμάχους ἀσπίδ' ἀνὴρ ἔχέτω,
 5 Ἐχθρὰν μὲν ψυχὴν θέμενος, θανάτου δὲ με-
 λαίνας
 Κῆρας, ἴσ' ἀνγαῶσιν ἡελίοιο, φίλας.

dos, siue ut terribilior sit hostibus, animaduertit Klotzius, et excitat Aristoph. Vesp. 1078. vbi Steph. Bergler et Scholiast. sunt conferendi. Sic Ammian. Marcell. XVI. 12. Silius Ital. V. 526. (vbi Heinsius et Drakenb. plura excitarunt loca) *Labitur infelix, atque appetit enervento Tellurem expirans.*

1. ἀλλ'. Agedum. vide ad Tyrt. I. 15. Hercules inuictus, ἀνικητος, in antiquis monumentis haud raro occurrat. v. Montefalcon Antiqq. Expliq. tom. I. p. II. tab. 134. aliosque a Klotzio laudatos. Ex progenie Herculis Sparta reges fuere, et haec nobilitas toti generi tribuitur. confer. Cornel. Nepot. XVII. c. I. 2. ibique a me et Stauerio notata. Sens. Memores estote auctoris generis vestri fortis atque inuicti, et intrepidi estote, firmam habete fiduciam.

2. Iupiter transuersum ceruicem nondum habet, hoc nondum nobis irascitur, nondum nos contemnit, neque fauere nobis auxilium denegat: sed fauet adhuc et propitius est. *Respicere* enim dicuntur dii, quando operam ferunt, iuuant et curant aliquid: contra oculos auertere, aut tergum ostendere, irae diuinae signum credebatur.

5. 6. vulgo Ἀνγαῶσιν κῆρας ἡελίοιο φίλας. sed Klotzius amplectitur viri cuiusdam docti in Obs. Miscell. vol. I. tom. I. pag. 128. emendationem: μελαίνας κῆρας ἼΣ' (in flar, aequae) ἀνγαῶσιν ἡελίοιο φίλας, et Brunck rescripsit. Sensus est: vitam habere inimicam, hoc est contemne, mor-